

ACTA  
SANCTI THEOGNII  
EPISCOPI BETELIAE

PAULO ELUSENSI ET CYRILLO SCYTHOPOLITANO AUCTORIBUS

EX CODICE PARISINO COISLINIANO N° 303

NUNC PRIMUM, CUM INTERPRETATIONE LATINA, GRANDE EDITA

---

1. Usque ad annum 1715, quo Bernardus de Montfaucon vulgavit catalogum Bibliothecae Seguerianaæ seu Coislinianaæ (1), e codicū latebris non prolatum fuisse videtur nomen sancti Theognii. Nec etiam postea ampliorem nactum est famam, utpote quod non nisi raro, olim nempe a Fabricio (2), nuper a cl. viro Hermanno Usener (3), recitatum fuerit in Cyrilli Scythopolitani operum recensione. Immo nunc primum, ni fallimur, in impresso libello restitutus est sancto Theognio genuinus ejus titulus, scilicet episcopi Beteliae; siquidem, qua deceptus oscitantia nescimus, Bernardus de Montfaucon eum appellaverit in laudato opere *episcopum Cypri*. Quare a serie praesulum Beteliensium huc usque publici juris facta, cum apud Le Quien, tum apud Gams, exsulavit nomen sancti Theognii. Igitur de illius beati viri rebus gestis, et praesertim de scriptoribus, quorum opera jam edenda sunt, paucā praeloqui haud erit superfluum.

2. Ut ex Actis constabit, qui unicus exstat fons unde quoquid de eo notum est haurire licet, Theognius oriundus fuit ex Cappadocia, in pago videlicet Ariarathiae, ut apud Cyrillum magis definite indicatur, natus. Quonam tempore lucem aspexerit inde potest erui quod e vivis decessit annos natus nonaginta septem, die octava Februarii, inductionis XV, initio regni Justini; at indicio XV hujus aetatis incidit in annum 521. Igitur diem supremum obiit Theognius anno 522, natus proin anno 425. Postquam prioris vitae cursum monasticae disciplinae addictus in propria sua regione transegit, in Palaestinam venit, teste Cyrillo, anno imperatoris Marciani quinto seu Christi 454. Ibi cooptatus est primum inter alumnos sancti Theodosii coenobiarchæ, cuius nuper Acta

(1) *Bibliotheca Coisliniana, olim Segueriana*, part. II, cap. iv, p. 417. — (2) *Bibl. gr.*, tom. XI, p. 99. — (3) *Der heilige Theodosios*, p. xvii.

primigenia in publicam lucem protulit et eruditissime commentatus est cl. vir Hermannus Usener (1). Postea vero ipse Theognius, tunc annos natus quinquaginta, nimirum anno 475, monasterium novum condidit : de cuius situ, quoniam tacent Acta nec alia documenta coetanea quicquam produnt (2), nihil ad nostram memoriam pervenit. Theognii sanctitatis fama ubique jam sparsa, nil mirum, si, ut plerique hujus temporis et ejusdem regionis monachi, provectus fuit ad episcopatum. Helias, patriarcha Hierosolymitanus, eum ordinavit praesulem ecclesiae Beteliensis ; quod proinde contigit post annum 494, Theognio jam agente annum sexagesimum septimum.

3. Betelia, parva quaedam civitas, „ *vicus Gazaeorum* „, ut scribit cl. vir F. de Saulcy (3), haud longe a mari distabat ad meridiem Gazae. Id perspicue tradunt Acta nostra. Paulus nempe : μικρότάτη δὲ, αἵ την ἡ πόλις, ἐνενήκοντα μιλίοις ἔθνει κεχωρισμένη; Cyrilus vero : πολύδριον δὲ τοῦτο παραθαλάσσιον ἐπὶ ἐνενήκοντα μιλίοις διέχον τῆς ἀγίας πόλεως. Nominis urbis non una occurrit forma. Scriptoribus nostris est Βεττίλιος, sicut et in Actis synodi Hierosolymitanae (4); alibi legitur Βεττίλιος, apud Sozomenum invenitur Βηθελία (5), Βηθελέα (6), immo Βοτώλιος (7); apud Latinos vero *Betilium* (8), *Bethirium* (9), *Bethelia* (10), *Bityle* (11), unde in codicibus aberrat in *Vetilium*, *Vetuliam*, *Betuliam*, *Bethelium* (12). Nec inter recentiores eruditos constat de modo scribendi. Apud Relandium (13) leges tum *Betilion*, tum *Betilion* et *Bethelia*; Kiepert scripsit *Betholea* (14); opinabatur P. Victor De Buck veram lectionem esse *Bethelia* (15) et simul coniciebat hanc civitatem tenuisse locum hodie nuncupatum *Khan Hettek* prope Gazam. Ad normam codicis quo usi sumus, correctis corrigendis, *Beteliam* scribemus.

4. Haec urbs, non secus ac ceterae orae maritimaee civitates, ut Gaza, Tabatha, Anthedon, Raphia et Ascalon (16), diu addicta permanxit cultui falsorum deorum, nimirum usque ad quartum saeculum medium. Quo tempore Betelia, quae tunc, teste Sozomeno (17), incolis affluebat, multis deorum delubris erat referta, inter quae eminebat Pantheon, exstructum in colle arte factio ac toti vico superincumbens : ἐν Βηθελίᾳ, κώμη Γαζαίῃ, πολυανθρώπῳ τε οὖσῃ καὶ ιερὰ ἔχουσῃ ἀρχαιωτατα καὶ κατασκευῇ σεμνᾷ τοῖς κατοικοῦσι· καὶ μάλιστα τὸ Πάνθεον, ὃς ἐπὶ ἀκροπόλεως χειροποιήτου τινὸς λόφου κείμενον καὶ πανταχόθεν πασῆς τῆς κώμης

(1) Op. cit. — (2) In *Prato spirituali* (P. G., tom. LXXXIII, p. 3027) citatur coenobium sancti Theognosti, melius autem graece τῆς μονῆς τοῦ ἀββᾶ Θεογνίου. — (3) *Dictionnaire topographique abrégé de la Terre-Sainte*, p. 68. — (4) Labbe, tom. V, p. 286. — (5) P. G., tom. LXXVII, p. 1259. — (6) Ibid., p. 1391. — (7) Ibid., p. 1506. — (8) In editione Suriana Vitae S. Hilarionis, n° 20 (*Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 52). — (9) In veteri ed. *Vit. Patrum*, ad S. Hilarionem. — (10) Apud Rosweydiū. — (11) In *Hieroclis Symecdemo*, ed. Wesseling, p. 719. — (12) *Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 22, n° 26. — (13) *Palaestina*, tom. I, pp. 208, 223; tom. II, p. 638. — (14) *Atlas antiquus*, cart. 3, H k, 1882. Cfr. in tabula, p. 5. — (15) *Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 22. — (16) Couret, *La Palestine sous les empereurs grecs*, p. 61. — (17) P. G., tom. cit., p. 1259.

τηρόγονον. Quin et inde nomen venisse insinuat civitati, derivatum ex lingua syriaca (*βετέλης τοῦ θεοῦ*, *deorum domicilium*). Ad fidem conversa fuit Betelia per sanctum Hilarionem (1), et inter priores qui ibidem Christi doctrinam amplexi sunt annumerantur proavi Sosomeni (2). Haec circiter anno 357 perfacta fuisse (3), et sive eodem tempore primum sedis in Betelia episcopum Aiacem (4) arbitrabatur P. Victor De Buck. Quicquid sit de hac opinione, innotescit nunc primum aliud episcopus Beteliae, nempe sanctus Theognis noster, qui sedem tenuit ab anno 494 ad 522. Ipsi successore videtur Manzel, qui anno 536 subscrivebat Actis Concilii Constantiopolitanum (5).

5. Hoc est igitur primum documentorum hec subjectorum momentum, quod collat incognitum adhuc datur episcopum sedis Beteliana. Est et aliud jam indigitandum. Nactus est sanctus Theognis, non secus ac sanctus Theodosius, ejus pater spiritualis, duos historiographos, Paulum monachum ex laura Elusa, de quo statim dicimus, et Cyrilium Scythopolitanum, notissimum hagiographum. Jam vero, nunc edito Cyrilli libello de sancto Theognio, in lucem prodierit quoquid ab illo scriptum novissima. Etiamen sancti Euthymii Vitam vulgavit Bernardus de Montfaucon in *Anecdota graeca*, tom. I, p. 1-90 (Parisitis 1688); Cotelarius edidit Vitam sancti Sabae in *Zoëcetes graecæ monumentis*, tom. III, p. 290-378 (Parisitis 1688); Johannis Siccarii et Cyriaci Acta a nostris prodierunt in *Actis Sanctorum*, tom. III Mail, p. 16<sup>o</sup>-21<sup>o</sup> et tom. VIII Septembrio, p. 147-158; tandem, anno proxime clauso, Theodosii Vitam publici juris faciebat et vir Hermannus Usener in eruditissima opere cui titulus *Der heilige Theodosius*, p. 105-112. Cyrillus igitur quatuor protiiores composuit Vitas Sanctorum; dico, Theodosii et Theogni, compendiosse tantum, quia eas ab alio digestas inventerat. Plures de celebri Palæstinensi hagiographicis, ceteroque satis nota, hec tradere supercedemur, quia praesertim auerissime longe latèque de ipso scriptis iudicatus jam saepius Hermannus Usener (6).

6. Ad sanctum Theognium quod attinet, nos docet Cyrilius primitus ejus Acta falsae servata per Paulum monachum quendam ex Elusa civitate. Haec enim legimus apud eum: ἀλλὰ τι χρήσι μεταπόντων περὶ τοῦ δούλου Θεογνίδος λόγων, διος γε προλαβόντων δὲ ἀδρέας Πετίλος, δὲ τις μὲν Ἐλουΐς πόλις: ἐνυχεύτης, δὲ μεγάλος δὲ καποθάνατος καὶ φροντόδοξος θάρρων λαρυτός, καὶ βίης καὶ λόγων ποτέλιων δραμένος καὶ κατὰ Θεὸν διεβίβατο, τὸν εἰτοῦ τοῦ μακαρίου Θεογνίδος βίον ἀκριβῶς καὶ κατὰ πλάτος συνεγράψετο; Quisnam fuerit iste Paulus monachus, identikitius (ἐνυχεύτης), non datum est reperire modo prorsus indubio. Sans hoc nomine appellati piures occurserunt, saeculo quinto et sexto, inter Palæstinenses monachos: quaedam notas peculiares suadent ut eum cum Paulo Helladico, de quo identidem Joannes Moschus in *Prato spirituali* (7), eundem faciamus.

(1) P. G., tom. cit.; Act. SS. Oct., tom. IX, p. 28, num. 27-30. — (2) Loc. cit. — (3) Act. SS. Oct., tom. cit., p. 21, n. 25. — (4) Ibid., p. 22, n. 29. — (5) Labbe, tom. V, p. 296. Cfr. Le Quien, *Oriens christ.*, tom. III, p. 674. — (6) *Der heilige Theodosius*, p. xii-xxii. — (7) P. G., tom. LXXXVII, pp. 3037, 3039; *Prat. Spirit.*, cap. cxx, cxxx.

Etenim scimus Paulum nostrum ex Hellade oriundum esse, siquidem hoc nos ipse docet (nº 17, ἡνίκα πρών ἐγώ κατέλιπον τὴν Ἑλλάδα), atque inde venisse in Palaestinam, ubi prius Aemiliano cuidam coenobiarcho, postea sancto Theognio, discipulus adhaesit, suadente Alexandro, scholastico Ascalonita (1). Urbs vero Elusa in qua floruit Paulus, notissima est, quippe quae saepius citatur apud historicos hujus aetatis. In commentario de sancto Hilarione in fasciculum congescit P. Victor De Buck quaecumque ad hujus civitatis notitiam conferunt (2). Praeterea in hac urbe revera exstisset lauram audimus ex Joanne Moscho, qui in *Prato spirituali* (3) nominat abbatem Victorem solitarium in monasterio Elusae. Attamen non semper remansit Paulus in monasterio Elusae, si ad illum referendus sit locus iste ex *Prato spirituali* (4): δηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Παῦλος ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ ἀββᾶ Θεογνίου, narravit nobis abbas Paulus, antistes coenobii abbatis Theognii. Et re quidem vera, non pauca Pauli narrationem legenti occurrent quae persuadere valeant eum in monasterio sancti Theognii versatum fuisse.

7. Utrum libellus Pauli Helladii revera nobis praesto sit seu idem reputandus cum illo quem primo loco heic edimus, paucis discutiendum est. Non quidem dubitamus encomium illud de sancto Theognio esse genuinum fetum Pauli de quo audivimus modo Cyrillum Scythopolitanum. Id tamen, quoniam deest auctoris inscriptio, certo certius affirmare non licet. Nihilominus argumenta haud sphenenda rem suadent. Et primo quidem argumentum externum inde repeti potest quod simili ratione conjuguntur, in codice quodam Laurentiano Vita sancti Theodosii, late conscripta a Theodoro, Petrarum episcopo, et in compendium redacta a Cyrillo, in codice vero Coisliniano encomium Pauli de sancto Theognio et brevior Cyrilli enarratio. Pro sancto Theodosio nullus fuit dubitandi locus, siquidem inscriptum est opus Theodori συγγραφεὶς ὑπὸ Θεοδώρου, τοῦ δισιτάτου ἐπισκόπου Πετρῶν, γεναμένου αὐτοῦ μαθητοῦ (5). Quod quidem adeo perspicuum testimonium non adest de Paulo, sed ejus defectum aliquatenus supplent verba ferme eadem quibus Cyrillus designavit duas prolixiores Vitas quae in utroque codice abbreviaiae ejus scriptio praepositae sunt. Quod patet ex collatione loci Vitae sancti Theodosii cum illo quem modo recitavimus ex *Vitas antiqui Theognii*: πλὴν ὅτι καὶ ὁ τιμιώτατος Θεόδωρος ὁ δισιτάτος τῆς Πετρῶν πόλεως ἐπίσκοπος φοιτήτης αὐτοῦ γεγονὼς καὶ τοῖς μοναχικοῖς καὶ ἀρχιερατικοῖς κατορθώμασι διαπρέπων σαφῶς καὶ κριβῶς τὰ κατὰ τὸν θεάρεστον αὐτοῦ συνεγράψατο βίον κατὰ πλάτος (6). Praeterea, unde exsurgit et argumentum internum, non raro deprehendi possunt, inter narrata a Cyrillo, sententiae et verba desumpta ex encomio: quae longius esset referre et legenti facile apparebunt. Quicquid sit de auctore prioris Vitae Theognii, quem, ut diximus, Paulum Elusensem, quin probabilius Paulum Helladicum de quo agitur in *Prato spirituali*, esse credimus, id extra

(1) Qui est forsitan ὁ ἀδελφὸς Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Καλαμῶνος τοῦ ἐν τῷ ἄγιῳ Ἰορδάνῃ (P. G., tom. LXXXVII, p. 3030). — (2) *Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 21. — (3) P. G., tom. cit., p. 3031. — (4) Ibid., p. 3027. — (5) Usener, *Der heilige Theodosios*, p. 3. — (6) Ibid., p. 111.

quaestionem ponendum [est documentum nostrum felum esse auctoris coaetanei immo et testis oculati, siquidem et Cyrillus Seythopolitanus, qui saeculo sexto floruit, ejus scripto se profitetur usum, et ipse saepius se quae narrat vidisse perspicue affrat.

8. Vita sancti Theognii, quam Petro Helladico attribuimus, non secus ac Theodori scriptum de sancto Theodosio, potius est dicenda oratio panegyrica. Quod ex prologi et epilogi tenore apprime constat, quin et ex diserto auctoris indicio. Et enim eum audimus loquentem *ad sanctos viros, ad coetum venerandas caritatis, commemorationis agendae causa congregatos* (n. 3). Aperte etiam ostendit se habere concessionem cum ait (n. 4 init.): Θεογνου δὲ, τοῦ πᾶς προσφιλεστάτου μόρου, μνεῖας διὰ χειλέων φερομίνης: quod praesertim elucet, ut notabimus suo loco, ex usu ecclesiastico vocis μνεῖας. Denique legentibus in fine illud: & λλ' θνα μὴ τὴν παρούσαν διήγησιν ἄγαν ἐκτείνας Ἱώνα καὶ εἰς ἀγανάκτησιν κινήσω τοὺς παρόντας, παύσομαι μὲν τῆς δημοσιεύσας τῶν τῆς ψυχῆς ρεμβασμῶν, haud dubium videbitur agi de sermone habitu in ecclesia monasterii sancti Theognii. Ut suo loco indicabimus, propter allusiones quasdam ad facta historica, non nisi post annum 526 concessionem hanc a Paulo pronuntiatam fuisse censemus.

9. Utrumque documentum excerpimus ex bene noto codice Bibliothecae Nationalis Parisinae, nuncupato Coisliniano num. 303, unde jam inter *Analecta nostra* prolatæ et emendata est Vita S. Georgii Chozebitae (1). Encomium Pauli incipit fol. 187<sup>v</sup> et terminatur fol. 204<sup>r</sup>, quo ipso folio occurrit compendium Cyrilli quod vergit usque ad fol. 206<sup>v</sup>. Nullibi alias datum fuit hucusque reperire sancti Theognii Acta: ceteroquin plura documenta in supradicto codice contenta videntur esse unica, ut modo indicata Vita sancti Georgii Chozebitae, nec non Vita sancti Joannici, auctore Petro monacho, mox vulganda in *Actis Sanctorum*, Novembris tomo altero.

10. His, quae ad documentorum notitiam conferunt, disputatis, de ipso sancto Theognio manet dubium removendum. Etenim Theognii nomen non invenitur inscriptum in sanctorum fastis, in iis saltem qui ad nos pervenerunt, immo nec in Graecorum Menaeis receptum fuit. Attamen, ex Pauli monachi encomio, et Cyrilli Scythopolitani testimonio qui non nisi sanctorum vitas describendas assumpsit, nec non ex insertione horum Actorum in codice hagiographico, liquido satis appetet Theognium hoc post mortem honoratum fuisse cultum qui proprie sanctis reservabatur. Si cultus ille, prius intra limites Beteliensis ecclesiae et Theognii monasterii artatus, latius non diffusus est, haec forsitan causa assignanda est quod in Sarracenorum invasione, ineunte saeculo septimo, funditus destructa ecclesia Beteliensi, simul perierit memoria sancti Theognii. Mirabitur etiam forte aliquis nomen Theognii exsulare ex catalogo omnium episcoporum suae provinciae qui subscripserunt anno 518 synodo Hierosolymis habitae et quorum litterae relectae sunt in Concilio Constantinopolitano quinto (2).

(1) Vid. *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 95-144; 336-370; tom. VIII, p. 209 sqq. —  
(2) Labbe, tom. V, p. 187-194.

At eo tempore non affuisse in Palaestina sanctum Theognium comperimus ex ejus Actis, sed eodem hoc anno versatum esse Constantinopoli apud Justinum imperatorem. Quare, si rerum adjunctis sancti Theognii memoria fuit aliquandiu obscurata, hunc opellae nostrae fructum non exiguum existimaverimus venerando aemulo Euthymii, Hilarionis, Cyriaci, Sabae, Theodosii totque aliorum Palaestiniensium ascetarum restauratum quasi et renovatum decus attulisse, nobis vero quod optabat Paulus Helladicus, ejus meritorum intercessionem, sicut et omnium sanctorum : παράλαβε μετά σου, πάτερ, τοὺς ἀγίους ἅπαντας τοῦ φιλοῦντάς σε, καὶ ἅμα αὐτοῖς τὴν δπέρ ἡμῶν τῷ εὐσπλάγχνῳ βασιλεῖ πρεσβεῖαν προσάγαγε.

## I

**Pauli, monachi Elusensis, encomium de sancto Theognio.**

Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν ΘΕΟΓΝΙΟΥ  
τοῦ δεσκητοῦ καὶ ἀναχωρητοῦ, γεγονότος ἐπισκόπου τοῦ  
Βιτυλίου. \* εὐλόγητον πάτερ.

\* cod.  
Βητυλίου

5

[*Prologus.*] 1. «Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθε τῶν ἀνθρώπων  
ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι \* τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν  
τοῖς οὐρανοῖς», Χριστὸς δὲ βασιλεὺς τῆς δόξης τοῖς ἑαυτοῦ διεστέλλετο  
μαθηταῖς. «Οθεν οὔτοι τὸ θεῖον προθύμως δεξάμενοι ἔνταλμα, πᾶσαν μὲν 10  
τὴν ὑφῆλιον \* τῇ δοτραπῇ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων ὑπερβαλλόντως

\* cod.  
δοξάσωσι

\* cod.  
ὑφῆλιων

VITA ET CONVERSATIO SANCTI PATRIS NOSTRI THEOGNII, ASCETAE ET  
ANACHORETAE, QUI FUIT EPISCOPUS BETELIAE. *Jube, Pater, benedicere.*

**Prologus.**

1. \* *Luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum qui in caelis est* (1), „Christus, rex gloriae, suis mandabat discipulis. Quare isti, divina ferventer accepta jussione, omnem quae sub sole est [terram] fulgore suorum

(1) *Matth.*, V, 16.

κατέλαμψαν, τὴν δ' ἐγχειρισθεῖσαν αὐτοῖς διακονίαν ἀμωμήτως πληρώσαντες, τά τε ἑαυτῶν πολύτιμα σώματα τὰ θεότευκτα ὅργανα, ἀπερ νόμος παλαιὸς ἡρυθροδακνωμένα<sup>\*</sup> χριῶν ἐκάλεσε δέρματα, καθάπερ τὴν μηλωτὴν ποτὲ Ἡλίας ἔκεινος δ πυρίπνους προφήτης, ἐπὶ γῆς καταλείψαντες,  
 5 πρὸς τὸν τῶν βλων δημιουργὸν γεγηθότες ἀπεδήμησαν, καὶ τῷ βασιλικῷ καὶ διχηματίστῳ θρόνῳ σὺν παρρησίᾳ παρέστησαν. Ἀλλ' οὐκ ἄρα μόνοις, τοῖς ἀποστόλοις ὁδοδόμενον ὑπῆρχε τὸ πιστεύειν εἰς Θεὸν καὶ τὰς ἐντολὰς ποιεῖν τῶν τε ὕδων ἀγώνων καὶ ἤδρων τὰς ἀμοιβὰς παρὰ τῆς παντοχραστορυκῆς κομίζεσθαι δεξιᾶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς μαθηταῖς καὶ  
 10 μιμηταῖς γενησομένοις τοῦ Δάγου. Παῦλος γοῦν, δ μέγας τοῦ Χριστοῦ κῆρυξ, τοῖς μελιφρύτοις τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας ρεθροῖς τὰς ἐκκλησίας<sup>\*</sup> πηγάσας, τοῦτο παραστῆσαι βουλόμενος ἐλεγεν· «Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἡγώνισμαι», καὶ ἐξῆς· «Δοιπὸν ἀπόκειται μοι δ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, δν ἀποδώσει μοι δ κύριος ἐν ἔκεινῃ τῇ ἡμέρᾳ, δ δίκαιος κριτής,  
 15 οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἡγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.»

2. Διὸ καὶ Θεόγνιος, δ Καππαδόκης, ἐξ ἀπαλῶν δύνχων τῷ δεσποτικῷ προστηλώμενος πόθῳ, καὶ τὸ τοῦ Ἱερεμίου πληρῶν· «Ἐγὼ δὲ οὐκ

<sup>\* cod. ἡρυθροδακνωμένα</sup>

<sup>\* cod. ταῖς ἐκκλησίαις</sup>

praclare gestorum cum mirabiliter illuminassent, commissum sibi ministerium perfecte impletentes, suaque pretiosa corpora, Dei facta instrumenta, ea quae Lex vetus “pelles arietum rubricatas (1), appellavit, ut pallium quondam Helias (2), ille ignem spirans propheta, super terram relinquentes, ad universorum Creatorem gaudentes emigrarunt, et regio immaterialique throno confidenter astiterunt. At non solis quidem apostolis datum est credere in Deum, et mandata facere, proprietumque certaminum et sudorum praemia de manu omnipotenti referre, sed et his qui post illos discipuli et imitatores fierent Verbi. Paulus scilicet, magnus Christi praeco, qui mellifluis piae disciplinae fluentis ecclesias irroravit, illud stabilire volens dicebat (3): “Bonum certamen certavi „, et postea: “In reliquo, reposita est mihi corona justitiae quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex, non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus „.

2. Quapropter et Theognius Cappadox, a teneris unguiculis dominico quasi clavatus amore, illudque Jeremiae implens (4): “Et ego

(1) Exod., XXV, 5; XXVI, 4; XXXV, 7, 22; XXXIX, 34. — (2) 4 Reg., II, 13, 14. — (3) 2 Tim., IV, 7, 8. — (4) Jerom., XVII, 16.

έκοπίασα κατακολουθῶν δπίσω σου», ἔργοις ἀγαθοῖς ἐκυτὸν κατακοσμήσας, καὶ τῇ τε δίγαμίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπασιν οἵς Θεὸς ἀρέσκεται, τὸν τε οὐκείαν ψυχὴν καὶ πάντας τοὺς ἔγνωκότας αὐτὸν εύωδιάσας, ἵσχὺν δλλάξας, κατὰ τὸν Ἡσαίαν, καὶ καθάπερ δετὸς πτεροφυῆς τῶν τε δεσμῶν τοῦ σώματος μετ' εὐφροσύνης ἀπολυθεὶς εἰς οὐρανὸν ἀνέστη, τὴν ἐκυτοῦ β

\* cod.  
καταλειπὼν

3. Εγώ τοίνυν τὰ κατὰ τὸν θευματὸν λεγεῖντα λογούμονες ἀνδρα, δπως τε καθηρῶς καὶ σμικρῶς βεβίωκεν, δπως τε ταπεινότρων ἐπίγρανε, καὶ δπως γύντωρ καὶ μεθ' ἡμέραν πόνῳ καρδίας μεγίστῳ καὶ διψιλέστι \* δάχρυσιν ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶντων τὸ κρείττον ἐξημαρτύρετο\*, καὶ τὸ ποίας; 10 ἀρτίως ἀγενλαλήσοις σκηνγιᾶς αἰωνίοις καὶ βασιλείοις ἀριθμότοις σὺν ἀγγέλοις αὐλίζεται, τὸν τε ἐμκυτοῦ ἐχθυμίαν ἐνοῶν, καὶ τὸν ἀβύσσον τοῦ πυρὸς τοῦ ἀτρέστου, καὶ τὰς ἀλτήτους ἐκεῖνας βαττάγνους αἵς παραδοθήσεσθαι προσδοκῶ, οἵτελον σωπῆται μὲν νῦν ἐφ' ὑμῶν, (τὸν γάρ την ἀμαρτίᾳ τρωθέντα τῷ τῆς σγῆς σκεπάσματι τὸ στόμα καλύπτειν δύναμος 15 θέσπισεν), δὲν ἀντρῷ δὲ ζοφεῷ διμκυτὸν καταλείπεται, καὶ κλαίεν

*non sum turbatus, te sequens,, operibus bonis cum seipsum deornasset, nec non virginitate, aliisque omnibus quibus Deo placetur, et cum propriam animam atque omnes qui eum cognoverunt bono perfudisset odore, mittens fortitudinem,, juxta Isaiam (1), et sicut aquila alis elata, vinculis corporis cum exsultatione solutus ad caelum ascendit, memoriam sui, ad instar columnae igneae, relinquens posteris.*

3. Evidem quae de mirabili hoc viro dicta sunt recogitans, quam puram et incorruptam egerit vitam, quam humilis extiterit, quomodo noctu dieque (2) in labore cordis maximo et largo fletu pro peccatoribus ad melius se disposuerit, et in quibus ineffabilibus tabernaculis aeternis et in regis non desituris cum angelis in aula nuper exceptus sit (3), simul meam ignaviam considerans et abyssum ignis qui non extinguetur et indesinentia illa tormenta quibus me traditum iri expecto, volebam tacere nunc coram vobis (illum enim qui peccato vulneratus est (4) silentii velo os operire lex decernit), et in

(1) *Is., XLI, 1.* — (2) Graece νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν. Cfr. Usener, *Der heilige Theodosios*, p. 48. 1, 12. — (3) Graecam νοσην αὐλίζεται germanice verit Usener lagert, nimmt quartier, (Op. cit., p. 131), juxta Bekkers. *An. gr.*, 463, 22, αὐλίζεται τὸ ἐπὶ τῆς αὐλῆς διακοντερεύει καὶ κατάγεται καὶ...ἐπιμένει. — (4) Τῇ ἀμαρτίᾳ τρωθέντα. Usum verbi notavit eruditissime jam laudatus Usener (Op. cit., p. 121)

δπαύστως καὶ κόπιεσθαι<sup>\*</sup>. Οἶδες γάρ, οἶδα, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος; δέλγχομαι, διὶ τὴν τῆς παρούσης ζωῆς ἀτραπὸν ἡμελημένως ὕδευσα. τοῦ λόγου καταφρονήτας τοῦ συμβουλεύοντος μοι ἐποστρέψαν τὸν πόσα δρφ<sup>\*\*</sup> ὅδον τραχείας καὶ τὴν λείαν<sup>\*\*\*</sup> βαδίζειν· ἀλλ' ἔνικα μὴ τὸν τε σύλλογον  
 5 τῆς ὑμετέρας προσκυνητῆς μοι: ἁγίαπτις, καὶ τοὺς τοῦ μνημοσύνου ἁγάριν συναθροισθέντας ἐνταῦθα δεῖσις ἀνδράς κατηφεῖν καὶ στυγνάζειν<sup>\*\*\*</sup> παρατκενάτω, λέγειν μικρὰ διντὶ μεγάλων καὶ ἔκ πολλῶν ὀλίγα πειράσσομαι, στεναγμῷ βαθυτάτῳ τὸ νέφος σκεδάτας τῆς θύμυμάς.

4. Θεογνίου δὲ τοῦ πᾶσι προστιλεστάτου μύρου μνείας διὰ γειλέων  
 10 φερομένης, ἡ τῶν οὐρανίων ἀστρῶν χορεία τερπέσθω καὶ ἀγχαλέσθω, ἡ δὲ γῆ εὐρώπας νέσθω, ὁ δῆλος γελάτω, τῶν ἀσωμάτων μάλιστα δυνάμεων τῆς μνήμης τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ συγχαριτών, αἰτινες ἔτι ἐν τῷ παρόντει φίφι τούτον ἀθλοῦντα βλέπουσι: ἐθαύμαζον, πῶς ἀσαρχοῖς πολεμισταῖς ὁ τὴν σάρκα φορῶν παρεστάτεο, πῶς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἔξουσίας τούς τε

\* cod.  
κοπίεσθαι

\* cod. ἀπὸ  
\*\* cod. λαν

\* cod.  
στοιχηζειν

antro obscuro me ipsum includere, flere indesinenter et paenitentiam agere. Scio etenim, scio, idque conscientia exprobrat, me in praesentis vitae semita negligenter itinerasse, et vocem contempsisse me adhortatam ut pedem referrem a "via aspera", et "in plana", ambularem (1). Sed cum coetum vestrae venerandae caritatis et, commemorationis agendae causa, congregatos heic sanctos viros pudore et tristitia afficere nolim, dicere parva pro magnis et ex multis pauca conabor, cum gemitu intimo nube discussa dejecti animi.

4. Dum autem Theognii, omnibus carissimi unguenti, anniversaria dies (2) labiis celebratur, caelestium siderum chorus gaudeat et exultet, terra laetetur, aer rideat, angelicis praesertim potestatibus commemoratione viri Dei congaudentibus, quae in praesenti vita decertantem illum ammiratae sunt, quomodo nempe incorporeis athletis ille qui carnem ferebat aemulatus sit, quomodo principia et potestates tenebrarum, mundi dominas, et spiritus malignos humili

frequentem apud hujus aetatis scriptores. Dubia tamen nobis appareat comparatio quam ipse adducit ex classicorum auctorum locis. — (1) *Is.*, XL, 4. Juvabit heic animadvertisse ex hoc loco aperte prodere Paulum monachum sibi praesto fuisse Scripturarum codicem Alexandrinum. Etenim hic locum Isaiae, ad quem alluditur, his verbis refert: καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὅδοὺς λεία. Textus vero receptus est: καὶ ἡ τραχεῖα εἰς παδία. — (2) Vox graeca μνεῖα est, ut notat Sophocles (*Greek Lexicon of roman and byzantine Periods*), qui affert testimonia excerpta e Concilio Laodiceno, S. Gregorio Nysseno, Socrate et Eusebio, verbum maxime proprium ad designandum festum diei anniversarii sanctorum.

\* cod.  
πνευματικά

χοσμοχράτορας τοῦ σκότους καὶ τὰ πνεύματα τὰ \* τῆς πονηρίας δὲ εὔτελής,  
οὐκέτρος τε καὶ ἀκτήμων ἔτυπτε, συνεπόδιζε, καὶ ἐπάτει, καὶ ἥχμαλώτευε.

•  
§ 1. — De vita ascetica sancti Theognii.

**5.** Πατρίδος οὗτος τῆς Καππαδοκῶν ὑπῆρχεν· ἐν ἑκείνῃ τῇ χώρᾳ,  
παιδίον ὡν, τὸ μοναδικὸν περιεβάλετο ἐνδύματα. Ἐνθα διατρίψας χρόνον 5  
τινὰ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ τῇ πρεπούσῃ μοναχοῖς ἀγωγῇ, ἀκήκοε τοῦ Θεοῦ πρὸς  
Ἄβρααμ τὸν πατρίαρχην ἐν τῇ γραφῇ λέγοντος. « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς  
σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἂν σοι δεῖξω ». Καὶ  
δὴ παραυτίκα, ὡς αὐτὸς κελευσθεὶς τοῦτο ποιεῖν, ἀποσπᾷ μὲν ἐκυρὸν  
τῆς ἰδίας πατρίδος, καταλαμβάνει δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα, εὐχῆς ἐνεκα τῶν 10

ille, miser et pauper profligarit, compediverit, calcarit et in servitatem redegerit (1).

§ 1. — De vita ascetica sancti Theognii.

**5.** E regione Cappadocum (2) oriundus fuit iste; ubi, puer adhuc,  
monasticum induit habitum. Cum ibidem tempus aliquod transegisset  
in solitudine et in ea quae monachos decet agendi ratione, audivit  
Deum ad Abraam patriarcham in Scriptura dicentem (3) : *Egredere  
de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram quam monstrabo  
tibi.* Qui statim, ut ille jussus idem facere, separavit se a sua patria,  
et petiit Hierosolymas, ut oraret ad sancta Loca. Ibique a piis (4)

(1) Conferendus est praesens locus cum alio ex Vita S. Theodosii, quam edidit Usener, *op. cit.*, p. 12, l. 20, qui sic habet: εἰς πόλεμον πρὸς τὰς ἄργας, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς χοσμοχράτορας τοῦ σκότους τούτου. — (2) Plurimi hoc tempore ex Cappadocia oriundi in Palaestinam migraverant, vitae asceticæ amplexandæ causa. Sufficiat citasse S. Theodosium (Usener, *Der heilige Theodosios*, p. 6), S. Sabam (Cotelerius, *Eccles. gr. Monum.*, tom III, p. 222), Martyrium quendam de quo in *Vita Euthymii* (*Eccl. gr. Mon.*, tom II, p. 279), Longinum senem qui Theodosium primo suo in Palaestinam adventu exceptit (Usener, *op. cit.*, p. 106), tres fratres, discipulos S. Euthymii (*P. G.*, tom. CXIV, p. 627, 642), nempe Cosmam, qui factus est episcopus Scythopolitanus (*ibid.*, p. 683), Chrysippum, postea sanctæ Crucis custodem (*ibid.*, p. 627, 683) et Gabrielium, qui monasterium Sanctæ Ascensionis erexit (*ibid.*, p. 627, 683) et in numerum sanctorum est relatus (Martinov, *Ann. eccl. graeco-slav.*, ad d. 27 Januarii). — (3) *Gen. XII, 1.* Eodem prorsus modo adducitur S. Theodosius e Cappadocia in Palaestinam profectus ab ejus panegyrico Theodoro. Cfr. Usener, *op. cit.*, p. 8. — (4) Graece εὐλαβῶν. Ut monuit Usener, *op. cit.*, p. 119, ex classico usu, detorta significatione, hoc nomen factum est proprium monachis.

σεβασμίων τόπων. Κάκεισε παρά τῶν ἐν τῷ Φλαβίᾳς καλουμένῳ μοναστηρίῳ εὐλαβῶν ἑδεξιώθη ἀνδρῶν, καὶ παροικήσας αὐτόθι τῆς συνήθους αὐτῷ ἡσυχίας καὶ πραῦτητος εἶχετο, πάντας μὲν ὥρειῶν τοὺς συνόντας, μηδένα δὲ σκανδαλίσαι κανὸπας ἐλόμενος \*. Ἐντὸς οὖν δλίγου χρόνου \* cod.  
ἐλώμενος παρακλήσεις αὐτῷ προσταγαγοῦσα τὸ μοναστήριον κτίσασα φιλόχριστος γυνὴ, ἔπειταν αὐτὸν καταδέξασθαι φροντίζειν τῆς τούτου διοικήσεως· διπέρ μοναστήριον ἔστιν ἕξα τῆς ἀγίας πόλεως ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Γεθσημανῇ \*. Ἐφρόντιζε τοιχαροῦν διὰτὴρ πρεπόντως τοῦ τε λεγθέντος μοναστηρίου καὶ τῆς ἐν αὐτῷ διδελφότητος.

\* cod.  
Γεθσημανῇ 6. Μετὰ ταῦτα θεωρήσας ἐαυτὸν περισπώμενον, τάχα δὲ ἀποσπώμενον ἐκ τῆς πρὸς Θεὸν ἀμερίμνου εὐχῆς καὶ δι' ἐντεύξεων θείων δμιλίας, τὴν τε τῶν ἀναγκαίων ἀρθοντίαν ἱστάντη οὐσαν, καὶ τοὺς ἐπισκεπτομένους δεῖ μοναχούς τε καὶ λαϊκοὺς ἐνοχλοῦντας ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ \* ἐγγὺς ιδρυθέντι \* τῆς πόλεως, ἐφοβήθη μή ποτε τῇ τοῦ θηρύβου πυκνότητι καὶ \* cod.  
ιδρύσθεντι τῷ πλήθει τῶν χρειῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς ἐπαίνοις τῶν δοξαζόντων αὐτὸν, χαυνωθῆ τὸν λογισμὸν καὶ δνάξιον τι τῆς ἄνω κλήσεως

viris qui in Flaviae (1) nuncupato monasterio degebant benigne exceptus est, et commoratus ibidem in consueta sibi quiete et mansuetudine perseveravit, omnibus qui secum erant prodesse, neminem vero, ne semel quidem, scandalizare studens. Cum ergo per breve tempus confortasset eum quae monasterium condiderat Christo addicta femina, persuasit eum susciperet curam illius administrandi. Istud autem monasterium est extra sanctam urbem, in loco nominato Gethsemani. Administravit proinde vir probe dictum monasterium et quae in eo erat fratrum congregationem.

6. Postea cum animadvertisset seipsum distractum, quin mox et abstractum a quieta cum Deo oratione et frequentatione per divinas lectiones (2), simulque rerum necessiarum abundantiam suppeteret sed et quia invisentes continuo tum monachi, tum laici perturbarent istud monasterium proprius ad urbem aedificatum, timuit ne prae tumultu frequentiori, aut abundantia rerum, aut laudibus nimis

(1) Quaenam fuerit ista Flavia non datum est reperire apud coaevos autores. Procul dubio, qui ad nominis tenorem attenderit facile sibi persuaserit Flaviam fuisse ex piis matronis quae tunc confluabant ad sacra Loca, exemplo Paulae, Eustochii, utriusque Melaniae, Albinae, Fabiolae et aliarum extimulatae. — (2) Ἐντεύξεων θείων δμιλίας. Cfr. ea quae de verbo ἐντεύξις nuper disserebat Usener, op. cit., p. 152, 153. In schola Cyrilli Scythopolitani imprimis adhibetur in sensu vocis ἀντέγνωσις, nempe lectionis.

<sup>δράσῃ</sup> δράσῃ <sup>οὐδὲν οὐδείς</sup> ἡ ὁννοήσῃ <sup>τοι</sup>. Καὶ δὴ προσδραμών τνὶ τῶν εὐ εἰδότων γερόντων λογισμοὺς διακρίνειν, τὰ χρυπτὰ ἔξεκάλυψε. Διδωσιν οὖν δὲ γέρων ἀπόχρισιν τοιαύτην· Οἱ τὴν ἐαυτῶν ψυχὴν ἀπρόσκοπον πρὸς τὸ χρεῖττον, καθάπερ καὶ σύ μοι δοκεῖς, φυλάττειν ἔθελοντες πράγμασιν ἰαυτοὺς οὐκ ἐμπλέκουσι, καν μοναχοῖς διαφέρειν δοκοίη τὰ κτήματα, ἀλλ' ἀμφο-<sup>τεροδεξίοις</sup> ταῦτα ἀνθρώποις ἔσσαντες τοῖς καὶ περισπᾶσθαι ἀβλαβῶς δυναμένοις, τὴν τῆς ἀπραγμοσύνης ἀρετὴν κτησάμενοι, ἔτι καὶ τὰς τῶν πολλῶν συντυχίας ἑκκλίνειν σπουδάζουσιν, ήνα μὴ δὲ λύχνος τῇ σκιᾷ τῆς κλίνης ἡ τοῦ μοδίου καλύπτηται, εἶπερ κλίνη καὶ μόδιος βραχυμίας καὶ φυλαπραγμοσύνης τεκμήρια· πολλάκις δὲ καὶ ἐσβέσθη τὸ φαῖνον φῶς <sup>τοῦ πνεύματος σφοδροῦ τινὸς ἑξαίφνης ἀπιδραμόντος.</sup> Εἴ τοινυν ἔμοι πείθοιο, διαστὰς ἐντεῦθεν τὴν ἔρημον οἰκήσεις. Πρὸς ταῦτα Θεόγνιος· Πάνυ μοι, φησίν, ἔρεσεν ἡ συμβαύλια τῆς σῆς ἀγίας ψυχῆς, ἀλλὰ τὴν θλίψιν ἦγὼ καὶ τοὺς κόπους δειλιῶ. Καὶ δὲ γέρων πρὸς αὐτὸν· Εἴ φυλάκῃ τῇ πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀγόμενος, καὶ οὐχὶ κενοδοξίας χάριν τὴν ἔρημον ζητήσῃς <sup>τοῦ θητησον θλίψιν,</sup> καὶ ἀνεστιν εύρήσεις. ἀνάπτασιν δὲ ζητῶν εἰς τὰς θλίψεις ἀλώσῃ.

<sup>\* οὐδὲν οὐδείς</sup>

glorificantium eum relaxaretur animo et indigni quicquam sua excelsa vocatione faceret aut excogitaret. Igitur cum festinasset ad unum e senibus gnarum cogitationum discernendarum, occulta revelavit. Dat autem senex responsum tale: *Qui suam animam immunitam (1) ad meliora, ut mihi videris, servare cupiunt, negotiis scipios non implicant, licet ad monachorum commodum interesse videantur possessiones; sed sollertibus haec viris committentes qui distrahi impune valent, illi qui quietudinis virtutem sunt adepti, ipsi magis multorum concursus devitare student, ne lucerna umbra lecti aut modii abscondatur. Sunt enim lectus et modius ignaviae et negotiorum amoris signa, et saepius extinguitur lucens ignis, flatu quodam vehementi subito incidente. Si mihi ergo credas, hinc digressus desertum inhabitabis. Ad haec Theognius: Prorsus mihi, ait, placet consilium tuae sanctae animae, sed fatigationem equidem et labores timeo. Cui senex: Si amore in ipsum Deum ductus, non vero vanae gloriae causa, desertum petieris, quaere fatigationem et remissionem invenies; sin autem quietem quaesiveris, in afflictionibus capieris.*

(1) Gr. ἀπρόσκοπον, in eodem sensu adhibetur ac apud Paulum, *1 Cor., X, 32.*

7. Ταῦτα δ μακαρίτης ἀκούσας καὶ τὸν γέροντα ἀσπασάμενός ἔξειστιν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ κολληθεὶς τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ δσιωτάτῳ ἀρχιμανδρίῃ Θεοδοσίῳ, ἀνδρὶ διαβοτήτῳ, συνέκησεν αὐτῷ βῆτούς ἐνιαυτούς.  
 Εἰτα, πειρασμοῦ τινος ἐπελθόντος, ἐκφύματά \* τινα περὶ τὸν δακτύλιον  
 8 τοῦ Θεογνίου γενόμενα, καὶ σφόδρα φλεγμάνατα ἔρραγη, ὥστε καθ' ἑκάστην πλῆθος αἷματος ἐξ ἔκεινου τοῦ τόπου προϊέναι. Δυπουμένου οὖν αὐτοῦ περὶ τούτου, γνώμην αὐτῷ δίδωσιν ἔμπειρος; τις τῶν τοιούτων ὅτι ·  
 Ἐπειδὴ ψυχροτάτη ὑπάρχει ἡ ὄρενή \*, ἡ δὲ χρατοῦσά σε ἀλγηδὸν  
 θερμοτέρων δέρων χρεῖαν ἔχει, κάτελθε εἰς τὰ Ἱορδανεῖα μέρη, κάκετος  
 10 μείνας ἐντὸς δλίγων ἡμερῶν θεραπευθῆσῃ. Κατελθὼν τοίνυν ἔκει κατώ-  
 κησεν ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ Καλαμῶνος, καὶ διὰ τάχους ἐλεύθερος τοῦ ἄλγους  
 γεγένηται. Ἡν δὲ φιλοστόργως τῇ ἔρημι καὶ ταῖς εὐχαῖς προσανέχων.  
 "Οφις οὖν φοβερώτατος εἰώθει" \* πρὸ τῆς τοῦ Θεογνίου παρουσίας ἐν

\* cod.  
ἐκφοίματα

\* cod. ὄρην

\* cod.  
εἰώθη

7 Cum haec beatus vir audivisset, senem amplexus, egressus est in desertum (1), et adhaerens Deo dilectissimo et sanctissimo archimandritae Theodosio (2), viro celebri, habitavit cum ipso aliquot annos. Deinde, probatione quadam superveniente, tumor quidam in digito Theognii excrevit, qui valide inflammatus disruptus est, ita ut cotidie copia sanguinis ex hoc loco efflueret. Cum propterea tristaretur, sententiam ipsi tradit peritus quidam talium : *Quoniam frigidiora sunt montana, et qui te tenet dolori calidore aere opus est, descendere in partes Jordanis; cumque ibi manseris paucos dies, sanaberis.* Cum ergo descendisset, illic commoratus est in laura Calamonis (3), et brevi liber a dolore factus est. Erat autem ferventi studio solitudini et orationi addictus. Serpens quidem formi-

(1) Desertum illud situm erat inter Hierichuntem, Jordanem, Bethlehem et Hierosolymas. De monasterio sancti Theodosii saepius veteres et coaevi scriptores agunt; sic Vita S. Sabae (ed. Cotelerio, § 29), Vita S. Theodosii (ed. Usener, p. 46; cfr. P. G., tom. CXIV in *Vita sancti Theodosii* § 26, 39, 84), anonymous de *Loci Sanctis* (P. G., tom. CXXXIII, p. 989), Phocas (*ibid.*, p. 948), Joannes Moschus in *Prato spiriti*. (P. G., tom. LXXXVII, p. 2962); inter recentiores cfr. *Pèlerinage en Terre-Sainte de l'higoumène russe Daniel au commencement du XII<sup>e</sup> siècle* (1113-1115); trad. d'Abraham de Noroff, p. 57, et Courte, *La Palestine sous les empereurs grecs*, p. 138, 139. — (2) De sancto Theodosio, cfr. Usener, *Der heilige Theodosios*; nec non *Acta SS. Jan.*, tom. I, p. 685 sqq. et P. G., tom. CXIV, p. 469 sqq. — (3) Nota est nobis *Laura Calamonis* per ea quae describunt antecessores nostri de ejus situ et nomine in *Act. SS.*, tom. III Maii, p. viii; tom. III Jul., p. 544 annot. b, et in *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 97, 98. Interpretationem nominis, quasi ex voce καλαμός derivati, probat Usener, *op. cit.*, p. XIII.

έπεινη φωλεύειν τῷ σπηλαίῳ, ἵπτο τὴν δρυμόν τα ἐκ τούτου μετὰ τὸν  
ὑπεν τὸν δέρπαν, καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς δρύμου ἀνθυποστρέψαν εἰς τοῦτο. "Οὐτες  
δηλων θλίψιν πατεῖ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἢν δὲ μαστίγις τὸ κελλιόν θλι-  
βε πάρκ τὸν ἡγεμόναν, θλίψις ἔνδον εἰδόνταν παθήμανταν καὶ πρετούτης  
σπυρίδας ἀργαλόμανον. Τό γέρ τὸν ἀργαλόντα μέχρι τόλμου εἰδὲ μαρτίου, εἰ  
ἀργαλόμανος δὲ, εἰ μή τις αὐτῷ ἐνάγχλαι<sup>\*</sup>, ἀπαν τὸ ἀργαλόντον τοῖς  
δάκρυσιν ἀφρογεν. Εἰσάντων αὖν τοῦ θαρίου τὴν μὲν παραλίην δῶν τῆς  
Θύρας βαλόντως, τὸ δὲ ἄλλο σώμα δῶν τῆς πελλικῆς δρυντος, καὶ μένοντος  
μὲν ἀστήτου, μοντὸν δὲ δρύντος τὸν Θεόγνιν, λόγοι πρὸς εἰδόν δι μαστί-  
γις. Εἴπεν δέργης συνθέμαν ἀνταῦτα μάντιν, αἰσθάλε<sup>\*\*</sup> εἰς παλίν. Καὶ δὴ οἱ  
ἄλλοι εἰσερχόνται εἰς μέσον τε γαντιαν δευτὸν συνειδέλειν<sup>\*\*\*</sup> διστριχάν. Εἴ-  
πεν ἀστήτης τούτην τῆς ἡμέρας διετέλεστο τοῦτο, διτὸν ποιεῖται εἰσερχό-  
μανον, ἀστήτου<sup>\*\*\*\*</sup> μένοντος τοῦ ἀγέλου, μέχρι τῆς ἀστήτου ἀναχωρήσασας.

\* αει.  
διεργάλαι

\* αει.  
συνειδέλειν

\* αει.  
δρυντον

\* αει.  
αἰσθάλεια

8. Καὶ μετὰ τῶντα χρήστη τῆς προνοίας τοῦ Καλαμώνος ἀποστάς, τόντος  
τὸν τόπον κατεύληρε. Καὶ εἰρὺν σπήλαιον, κατέβασθεν εἰδόν<sup>\*\*\*\*\*</sup> μόνος βραχοῖς οἱ  
χλάσματι ἀρτου καὶ παρτίους μάγρους τῇριν πάνταν πληροφορεῖν, καὶ

dandus valde solebat, ante Theognii adventum, in eodem specie  
latitare, indeque ad desertum, somno capto, repere, et rursus e  
deserto redire ad specum. Qui cum exilisset prima die qua beatus  
hanc cellam accepit ab hegumeno, aspergit intus illam sedentem et  
sportas elaborantem. Nam usque ad finem vitas non desit labo-  
rare, et, nisi quis eum turbaret, totum opus manus lacrimis made-  
faciebat. Cum ergo bestia caput intra jannam immisisset, reliquum  
autem corpus extra cellam retineret, quieta remanens et tantum  
aspiciens Theognium, ait illi beatus: Si conueneris hic morari, ingre-  
dere; non impedio. Igitur cum totus irrepsisset serpens, in angulo  
quodam orbes colligens quietem tenuit. Ab illo autem die idem pere-  
git; cum sibi liberet, ingrediens, impavido remanente sancto, usque  
dum ex hoc loco recessit.

8. Postea enim, Providentiae gratia, Calamone profectus, hunc  
locum petit (1). Nactus cavernam, inhabitavit illam solus modico  
fragmento panis et ceratoniae siliquis (2) paucis famem exsaturans, et

(1) Τόντο τὸν τόπον κατεύληρε, nempe hunc locum, monasterium a sancto  
Theognio, ut infra dicetur, conditam, in quo anno loquitur Petrus monachus ad  
fratres congregato. — (2) Graeco κερπίοις; scilicet fructus cerasi, graeco dictae  
κερπία, a Linnaeo ceratonia. Ne insolitus appareat iste cibus monachis, mones-  
tum ex Vita S. Sabae (Ed. Cotelario, *Ecol. gr. Mon.*, tom. III, p. 200), S. Georgii  
Chosebitae (*Anec. Bell.*, tom. VII, p. 336) et S. Theodosii (Uecker, *op. cit.*, p. 135).

- κύλικι \* ὅδατος τὴν ἀνάγκην τοῦ δίψους κατασβεννύει, μαχήν τε καρτερὰν \* εἰδεις κοιλικοῖς πρὸς τοὺς διὰ τῶν ἀκαθάρτων λογισμῶν πολεμοῦντας ποιούμενος δαίμονας. Καὶ ἦν ἀληθῶς ὡς ἐπίγειος φωστήρ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῇ ἡσυχίᾳ καὶ τῇ ἀσκήσει προσέχων, νηστεῖαις προσκαρτερῶν, χαμευνίαις τε καὶ 8 κλαυθμῷ, ἀγρυπνίαις τε καὶ συγχαῖς γονυκλισίαις καὶ τῇ μελέτῃ τῶν λογίων τοῦ πνεύματος. Πεντηκοστὸν δὲ νομίζω τῆς ζωῆς ἥγεν τότε ἔτος· ἥρχοντο δὲ πολλοὶ πρὸς αὐτὸν ὡφεληθῆναι βουλόμενοι. Διέτρεχε γάρ οὐ περὶ αὐτοῦ φήμη, καὶ ἔκαστος τῶν ἑρχομένων, διαφόρων θλίψεων ἔνεκεν, φυχαγωγίας καὶ ἰκανῆς ἀναψύξεως αἰσθθέμενος μετὰ χαρᾶς ὑπέστρεφε.
- 40 9. Μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν δειλίας αὐτῷ λογισμοὺς ὑποβάλλει ὁ δόλιος, καὶ μετὰ τοῦτο, σκοτίας οὖσης βαθείας, δείκνυσι δῆθεν Σαρακηνὸν σπασάμενον τὸ ἔιφος καὶ ἀπειλοῦντα αὐτῷ, εἰ μὴ θάττον ἔξελθοι τοῦ σπηλαίου, τάχος τούτου ἔκτεμνειν τὴν κεφαλήν. Δειλίας τοίνυν πλήρης γενόμενος ὁ ἀνὴρ ἔκπηδᾷ τοῦ σπηλαίου, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύει τὸ συμφέρον 45 ποιῆσαι. Καὶ δὴ παραχρῆμα φανεῖς αὐτῷ ἄγγελός φησι πρὸς αὐτὸν

poculo aquae necessitatem sitis restinguens, pugnamque validam continuo contra daemones per impuras cogitationes debellantes instituens. Erat re quidem vera quasi terrestre astrum, in spelunca solidinī et asceticae vitae vacans, jejunii insistens, nec non chameuniūs, gemitibus, vigiliis et continua genuflexionibus, et meditationi scripturae inspiratae. Quinquagesimum jam tunc, ni fallor, vitae agebat annum (1), cum venerunt plurimi ad eum qui adjuvari [ab ipso] cuperent. Dispergebatur enim de eo fama, et unusquisque venientium, diversarum afflictionum gratia, animae directionem et conveniens refrigerium expertus cum gaudio revertebatur.

9. Quadam autem nocte timoris ipsi cogitationes subiecit fallax [spiritus], et praeterea, cum tenebrae essent spissae, ostendit quidem Sarracenum (2), qui, districto gladio, minabatur ipsi, nisi citius exiret e caverna, statim ejus se amputaturum caput. Timore proin repletus vir exsiliūt e specu, et Deum oravit ut quod prodesset efficeret. Illico

Cotovicus, *Itinerarium Hierosolymitanum*, p. 92, 247, et Buhle, *Calendarium Palaestinae oeconomicum*, p. 45, referunt ceratoniam siliquas maturas praebere mense septembri ineunte, easque abundare in deserto Joannis et in littore Gazae. — (1) Videsis quae de chronotaxi vitae sancti Theognii dicta sunt in prolegomenis, n<sup>o</sup> 2. — (2) Jam a medio saeculo IV Sarraceni incurserunt in Palaestinam, et depraedationibus terribiles effecti magnum timorem vel solo aspectu incolis iniciebant. Cfr. Socratis *Hist.*, IV, 36; Sozomeni, VI, 38; Nicephori, XI, 46: Theophanis ad ann. Chr. 369.

\* cod.  
φοβηθείς

αύστηροτάτη φωνῇ· Δαιλός μοι πάνυ φαίνει, εἰσελθεί εἰς τὸ σπήλαιον,  
μηδὲν μῶς φοβηθῆς<sup>9</sup>. Οὐ γάρ, ὡς σὺ νομίζεις, Σαρακηνὸς τυγχάνει,  
διλλὰ πνεῦμα ἔστιν δικάθεατον εἰς εῖδος Σαρακηνοῦ ἕκτον σχηματίσαν. Εὔθις οὖν ἀρίσταται μὲν ἀπ' αὐτῶν ἡ δαιλία, θέρσους δὲ καὶ χαρᾶς τινος  
ἀρρήτου μετέλαβεν, δὲ δαιμών ἐκ ποδῶν ἤγεντο. Διαβοήτου τοιγάρτοις τῆς ἀριστης διαγωγῆς τοῦ μνήμονος γενομένης, προσελθόντες τινες φιλό-  
χριστοι ἄνδρες αὐτῶν τε τα αὐτὸν δισκηφίσαντες πεθίουσι σύμμετρον πυργίον δομήσασθαι, ὅπερ καὶ γεγένηται. Πολλῶν τε αὐτῷ βουληθέντων συμμεῖναι, οὐδαμῶς ἡνέσχετο μετά πλήθους μιηῆναι, μίλιους δέ τινας προσονέξαμενος τούτοις συνδιέτριψεν ἐν φρεσὶ Θεοῦ τὰς κεχρυστημένας<sup>10</sup>  
δισκηταῖς ἑτελῶν λειτουργίας.

### § 2. — De sancti Theognii gestis in sede episcopali.

10. Χρόνου δὲ διαπεύσαντος, ἐξ ὑποβολῆς τινων βίᾳς αὐτῷ καὶ ἀνάγκης  
\* cod. ἐκείνων ἀπενεγκέντος, παρὰ τοῦ κατ' ἐκεῖνο<sup>11</sup> καιροῦ τὸν πατριαρχικὸν ἐν Ιεροσ-

apparens ipsi angelus locutus est ei severissima voce : *Timidus plane  
mihi videris, ingredere in specum, nihil prorsus veritus. Non enim, ut  
arbitraris, Sarraconus adest, sed spiritus est impurus in speciem  
Sarraceni transformatus.* Statim evanescit ab ipso timor, fortitudinis  
et gaudii ineffabilis particeps factus est; daemon vero effugit. Cumque  
celebris fieret optima viri conversatio, accedentes quidam Christo  
addicti homines instanter eum exoraverunt persuaseruntque exiguum  
turrículam (1) aedificaret, quod factum est. Volentibus plurimis  
cum eo commorari, nullo modo tulit cum multitudine commisceri, sed  
